

Ex Ms. Arch. San. Aug. Regis

Sig. III.

Idem Paulo Quinto Pontifici.

Accepi hoc tempore ternas à SV literas, quarum primis  
 duabus partem in Livonia de hostibus meis victoriam  
 mihi gratulatur, praetereaquē ad coniungenda cum  
 Serenissimo Romanorum Imperatore et inchoata domo Au-  
 striaca contra Turcarum Tyrannum socialia arma her-  
 tatur, posthinc gravissime spe sibi perscribit, Se-  
 renissimum magnum Moschorum Ducem splendida ad me  
 Legatione missa quod sit erga me animo contestari,  
 amanterquē me admonet ut incolenda et retinenda eius-  
 dem Principis amicitia constantem perseverem, salumquē  
 eius Catholicae religionis favere ac promovere studeam  
 et Sanctae Sedi Apostolicae ipsam adiutum reddere curam,  
 Gratulatione SV mihi gratias, nihil iucundius ac-  
 cidere potuit, praeclearam enim mihi sermo fecit aman-  
 tissimi mei ex prosperis successibus letantis animi SV  
 exhortationes verō eius tam pie tam faventes penetra-  
 runt animum meum, atque ad revolvendum D. bonitatis cle-  
 mentiam vehementer accendunt, cuius divinae Matth. omni-  
 um bonorum Authori supplicio, velit divini cultus promovē-  
 di zelo ardentium SV vota optatis commulcare successibus,  
 illudquē desideratum tempus beneplaciti sui nobis quam-  
 primum adesse, quo universi Christiani Principes ad refrē-

dam



ad refrenandam impotentem barbari hostis regnandi li-  
bidinem, concordibus animis et armis insurgant. Ego qui-  
dem non possum vehementer commoveri, cum vicinam  
Regni mei partem in dies maiori fumare incendio,  
iamque pene extremam minari ruinam, videam, moveor  
et Sereus Imper. cognatis et tot affirmatum vinculis  
mihi coniunctae domus inclitae Austriacae periculo.  
Sed non ignerat S.V. quibus ego quoque bellis distineor,  
nam et perduellis mei non ita vires attrite sunt, quin  
eas si spatium respirandi habuerint resumere bellumque  
ex integro referre possit. Et ad coherenda quotidiana  
Partiarum latrocina quibus fines Rufiae infectant, mi-  
litem alere, et in omnes Reipublicae partes intentus esse  
cogor. Ea propterea Regni Poloniae est conditio, ea univer-  
sorum Reipublicae ordinum prerogativa et libertas, ut nihil  
Decerni statuere in publicum possit, quod non publico omni-  
um assensu ordinum comprobatum fuerit. Optarem ea-  
ne et alij Principes, quibus et Decernendi huius belli  
est potestas facilius, et suscipiendi ratio expeditior et  
longe securior, sedulo in eam regionem intenderent, ut cum  
hostem communibus copiis submovendum tandem ali-  
quando in animum inducerent. Ego exempla maiorum  
meorum, qui etiam in ipso periculo constituti non temere  
cuiusmodi



eiusmodi periculum subeundum arbitrantur. tamen ad omnes  
 rei bene gerende occasiones erant intenti, ita partes meas  
 desiderari non patiar. Illud quod IV admonet ut Demetrii  
 Magni Ducis Moschorum animum mihi devotum haberem,  
 diligenter a me hactenus factum est, nam et cum privato  
 in Regno meo ageret honestissime, eum in adeundo Princi-  
 patu, paternis copiis opibusque iuris, et nunc oratoris  
 ipsius viros eius gentis primarios, quos ille beneficij  
 accepi memor, grati animi contestandi, amicitieque  
 certo federe sanciente causa ad me oblegaverat. honori-  
 ficie accepi et liberaliter tractavi. Non dubito eum quoque  
 pari synera propensionis affectu mihi responsuram datu-  
 ramque operam, ut amicitia inter nos imita, et multis me-  
 is beneficiis cumulata, mutuis beneficiis revolatur, et in  
 dies magis augeatur. Spero quoque rei Christiane eum fu-  
 turum studiosissimum, et SV et Sedi Apostolice addictissi-  
 mum. Quod ut tanto propensius faciat, ego eum hortari, pi-  
 umque in animo eius conceptum, zelum accendere non pretermi-  
 tam. Missurus ad eum sum brevis oratores meos, que ad  
 Ecclesie Catholice et S. Sedis Apolice dignitatem vis in terris pro-  
 pagandam, ad universae Respublice Christiane utilitatem,  
 augendam pertinebunt, ea diligenter meo nomine pro-  
 ponent. Atque imprimis eum hortentur, ut et De Deo,  
 qui



qui cum tanto impendio praesepit, ut I. S. Summo in  
terris Christi Vicario bene mereri, ac rem Christianam  
pro civili iuvare contendat. Opto sanctitatem Vestram,  
Dulcissime valere. Cracoviae etc.